UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XXV. Des Sachsen-Weymarschen Gesandten Visite bey den Frantzösischen Ambassadeurs N. I. Desselben Creditiv an die Frantzösische Legaten. N. II. Ejusdem Rede an selbige.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1645. Junius. Alß haben Wir euch ſolches hiermit zu erinnern eine Nothdurfft zu ſeyn erachtet, darbey gnädigſt befehlende, ihr wollet ſie beyde nicht allein für Unſers Hochlöblichen Hauſes Geſandten erkennen und halten, ſondern auch mit ihnen reciproce bey dem gantzen Friedens-Werck, in allem guten vertraulichen Vernehmen und Correſpondenz zu verſtehen befliſſen, und in alle wege beförderſt dahin bedacht ſeyn, damit daſſelbe unſer Hochlöbliches Haus, bey ſeinen wohlhergebrachten Rechten, Prærogativen und Freyheiten kräfftig erhalten, und demſelben weder mit Entziehung des Directorii bey den Conſultationen, noch ſonſt in einige andere wege das geringſte nicht præjudiciret noch derogiret werde. Wir ſind euch ꝛc. Geben Wien, den 27. Junii, 1645. Unſerer Reiche ꝛc. 1645. Junius.

FERDINAND.

Joh. Matth. Prickhelmeyer.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium.

Caſpar Krachmeyer.

§. XXV.

Des Sachſen-Weimarſchen Geſandtens Viſite bey den Frantzöſiſchen Ambaſſadeurs.

Von dem Hoch-Fürſtlichen Hauſe Sachſen-Weimar wurde *D. Georg Achatius* Heher auf den Friedens-Congreſs abgeſendet, welcher nach übergebenen Creditiv, an den Frantzöſiſchen Ambaſſadeur Duc de LONGUEVILLE, ſub N. I. folgende Rede, ſub N. II. gehalten. N. I. II.

N. I.

Des Sachſen-Weymariſchen Abgeſandten Creditiv an die Frantzöſiſche Plenipotentiarios.

Illuſtriſſime Princeps, Domine Cognate chariſſime, Illuſtres & Generoſi Comites, Amici ſincere dilecti.

N. I. Des Sachſen-Weimarſchen *Creditiv* an die Frantzöſiſchen Legaten.

Remotis non nihil obſtaculis tandem aliquando Divino afflante Numine, quæ hucusque aditum ad limina Pacis præcluſerunt, inchoatisque de quiete publica Germaniæ, Patriæ noſtræ dulciſſimæ, reſtituenda, ſanguinisque Chriſtiani effuſionibus ſiſtendis, Tractatibus, Noſtrarum partium eſſe duximus, ad Conventus eo nomine inſtitutos, boni tam publici quam Noſtri proprii promovendi cauſâ, aliquem è Noſtris ablegare, eoque ipſo, uti ſtatui & muneri Noſtro, ita & Majeſtati Regis Chriſtianiſſimi, nec non Dilectionis & Excellentiarum Veſtrarum invitationibus benevolentiſſimis, quantum in Nobis eſt, ſatisfacere.

Mittimus ergo, vigore præſentium, Virum Eruditum, Conſiliarium Noſtrum Aulicum, & fidelem Nobis dilectum, Georgium Achatium HEHER, Juris Utriusque Doctorem, enixe rogantes, uti Dilectio & Excellentiæ Veſtræ eundem, Noſtro nomine, audire, eidemque in partibus Noſtris ei concreditis, plenam fidem, æque ac Nobis ipſis, adhibere, nec non ope & affectu ſuo benigno aſſiſtere dignentur. Nos pro poſſe noſtro, in attingendo communi ſcopo, concurremus quam intentiſſime, opemque certiſſimam fovemus. DEUM T. O. M. gratiâ ſuâ rem hanc feliciter moturum & promoturum ſperantes, de reliquo, Dilectioni & Excellentiis Veſtris, quas belliſſime valere jubemus, viciſſim omni ſtudio ſemper erimus quam addictiſſimi. Dabantur Vinariæ 26. Junii Anno 1645.

GUILI-

1645. Junius. GUILIELMUS & ERNESTUS, DEI gratiâ, Fratres, Duces Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Landgravii Thuringiæ, Marchiones Miſniæ, Comites Marcæ & Ravenſpergii, Domini in Ravenſtein. 1645. Junius.

Dilectionis Veſtræ, Cognati officioſi, &
Dominorum Legatorum

Amiciſſimi.

N. II.

Des Sachſen-Weymariſchen Geſandten gehaltene Rede an die Frantzöſiſche Plenipotentiarios.

Sereniſſimi & Potentiſſimi Galliarum & Navarræ Regis Chriſtianiſſimi, Legati Splendidiſſimi,

Illuſtriſſime & Celſiſſime Princeps, Domine Clementiſſime, nec non Illuſtres & Excellentiſſimi Comites, Domini Gratioſi.

N. II. Des Sachſen-Weymariſchen Geſandten Rede.

Sacræ Suæ Regiæ Majeſtati Veſtrisque tam Celſitudini quam Excellentiis, Illuſtriſſimi & Celſiſſimi Principes ac Domini, Dominus GUILHELMUS & Dominus ERNESTUS, Fratres, Duces Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium &c. Domini mei Clementiſſimi, debita officia & amicitiam benevolentiamque, me internuncio, offerunt; revocandoque in memoriam, quantâ curâ & ſollicitudine Regia Sua Majeſtas & Celſitudo Excellentiæque Veſtræ, in reducenda & ſtabilienda Pace Germaniæ Univerſali ſecura & honeſta, hactenus deſudârint, non poſſunt non eisdem ſe, quam obligatiſſimos, æque ac alii S. R. J. Principes & Status profiteri; nihilque magis in votis haberent, quam, ut pro ea, quam in ſe reponi vident, fiducia, iis & viribus & auctoritate pollerent, quæ oneri huic ferendo pares, & promovendo ſufficientes forent; ſpondent autem, ſe omnino nihil eorum, quæ ad actus tam ſalutaris & neceſſarii executionem & perfectionem facere poterunt, quantum in ipſis erit, intermiſſuros.

Quandoquidem vero Celſitudini & Excellentiis Veſtris eſt quam perſpectiſſimum, quanta calamitas hactenus S. R. Imperii Electores, Principes & Status preſſerit, & quantas miſerias Principatus & ditiones Earundem in meditullio fere Germaniæ ſitæ, exantlaverint, facillime conjecturari poterunt, vires iis ſatis eſſe ablatas. Promtitudinem autem animi, devotionemque erga Suam Regiam Majeſtatem, Regnumque Galliarum, quod concernit, de ea jam tum toti fere & Univerſo Orbi abunde conſtare reputant, cum non modo centum abhinc, & quod excedit, annis, Proavi, Avi, ſed & è vivis eheu! nimis propere & intempeſtive ſublati Fratris BERNHARDI, Domini mei Clementiſſimi, beatiſſimæ recordationis, actiones & ſervitia Regibus Chriſtianiſſimis præſtita in propatulo & præ oculis etiamnum unicuivis verſentur. Eandem plane intentionem Celſitudines Suæ conſtanter fovent & fovebunt æviternum, enixe rogantes, ne moram, quam in ablegando me ad Tractatus hoſce, commiſerunt, Celſitudo & Excellentiæ Veſtræ moleſte ferant, cum ea non ſtudio aut data opera, ſed propter inopinatum obitum Illuſtriſſimi quondam & Celſiſſimi Principis ac Domini, Domini ALBERTI, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium &c. feliciſſimæ memoriæ, nec non alia impedimenta legitima, cumprimis vero contentionem aliam, quæ in Conventibus & Comitiis Domui Saxo-Vinarienſi cum Altenburgenſi, ratione Prælationis intercedit, jam, quantum hos Tractatus concernit, boni publici cauſâ ſuſpenſam acciderit, prætereaque hactenus maxima pars temporis in præliminaribus perſtiterit, adeòque in mora

1645. Junius. Julius. ra modici temporis tantum damnum non interceſſerit. Offerunt autem Domini mei Clementiſſimi, ſe hiſce in paſſibus id acturos, ut Univerſo Orbi Chriſtiano pateſiat, ſe hoc in negotio, quantum id rem Romano-Germanici proprie ſic dicti Imperii attingat, & muneri & dignitati Principum Germanicorum, vi Juris Suffragii ſibi competentis, neutiquam deeſſe, ſed tam conſultando quam concludendo eo præcipue collimare, ne quis Ipſis, quod aliqua in re officio ſuo, vel omittendo vel committendo, pro debito defuncti non fuerint, imputare queat. Egerunt etenim deſuper, collatis cum Conſanguineis & aliis, ad eundem ſcopum contendentibus Principibus & Statibus, conſiliis, quos norunt quam procliviſſimos. Celſitudinis & Excellentiarum Veſtrarum nunc erit, quos deſuper quam enixiſſime implorant, Chriſtianum hoc Chriſtianiſſimi Regis propoſitum, prout hactenus laudabiliſſime, ita & impoſterum pertinaciter & conſtanter tueri, nullique nec remoræ nec alteri obſtaculo locum ullum relinquere, eoque ipſo Germaniæ, Patriæ dulciſſimæ, Pacem amiſſam, Divino adjuvante Numine, quam primum reſtituere. Quod ſuper eſt, DEUM T. O M. ardenter rogamus, uti omnia conſilia eo dirigat, quo Nominis Sui gloria adaugeatur, profuſioque ſanguinis Chriſtiani, reducta Pace, ſiſtatur, Nos demum cum poſteritate Noſtra toti in hoc erimus, quo pacto ſummam hanc opem, a Regia Sua Majeſtate nobis præſtitam, Celſitudinisque & Excellentiarum Veſtrarum hoc in negotio operas quam dexterrime navatas, omni ſubmiſſionis & officiorum ſtudio demereri valeamus. 1645. Junius. Julius.

Chriſtianiſſimæ Suæ Majeſtati, ut & Celſitudini & Excellentiis Veſtris Clementisſimos meos Principes, meamque imbecillitatem, eâ quæ par eſt reverentia, recommendans, &, quod aures mihi clementer porrigere non fuerint dedignati, devotisſima gratiarum actione agnoſcens.

§. XXVI.

Der Frantzoſen Argumenta, weßwegen dem Duc de *Longueville*, der Titul: *Alteſſe*, zu geben ſey.

Wegen des von dem Duc de LONGUEVILLE prætendirten Tituls: *Alteſſe* war noch vieles diſputiren. Die Frantzoſen lieſſen vorkommen, daß der Graf von Naſſau, Kayſerlicher Geſandter, ihme ſolches Prædicat ſchon ehehin gegeben habe: Es wurde aber darauf geantwortet, daß ſolches vor etlichen Jahren, und zu derjenigen Zeit geſchehen ſeyn möchte, da der Duc de LONGUEVILLE, als General, mit der Frantzöſiſchen Armée am Rhein, und folgends in den Naſſauiſchen Landen, mit 14. Regimentern, über 14. Tage lang gelegen wäre, da man ihn um Verſchonung ſolcher Lande gebeten habe: dieſes aber könnte jetzo dem Grafen von Naſſau, bey der obhabenden Kayſerlichen Geſandſchafft, nicht præjudiciren. Es ſuchte ferner der Comte de SERVIEN, dem Kayſerlichen Geſandten, Grafen von Naſſau, bey einer, auf dem Feld beliebten Zuſammenkunfft, dazu durch folgende Vorſtellung zu diſponiren: Nehmlich: „Die „groſſe Begierde der Crone Franckreich, „einen baldigen Frieden zu ſchlieſſen, erhel„le unter andern auch daraus, daß Die„ſelbe einen ſo vornehmen Hertzog, wie „der Duc de LONGUEVILLE ſey, als Ca„put Legationis auf den Congreſs ge„ſchickt habe: welcher ſich beſonders er„freue, dieſe wichtige Handlung, mit ihm, „Grafen von Naſſau, deſſen hohe Naiſ„ſance genugſam bekannt ſey, zu tracti„ren und zu vollführen: Es wäre dahero „in allewege billig, daß ſolcher Hertzog, „von wegen ſeiner eigenen Dignität und „Würdigkeit, mehrers, als allein wegen „der aufhabenden Ambaſſade, reſpecti„ret, und ihm der Titul: *Alteſſe* beyge„leget werde, wozu vornehmlich folgende „Motiven vorhanden wären: 1) Weil „derſelbe per Decretum Publicum, vor „einen Fürſten des Königlichen Ge„blüts ſey declariret worden, alſo, daß „er nach Abgang der Bourboniſchen Li„nie, einen Zutritt zu der Frantzöſiſchen „Crone habe; 2) Wäre er mit einem ſo ho„hen Hauß in Franckreich befreundet, und „mit des Printzen von CONDE, als des „vornehmſten Printzen vom Königlichen

Ge-